quibusdam, d. orbi terrar. affulsit universo. Laete-
[mur] itaque et exultemus, nobisque invicem recuperatam gra-
[tu]lemur felicitatem. Sed ecce! Videor mihi adhuc hodie
[de] coelestibus sedibus advolantem videre angelum. Quid
[no]vi est? Quorsum obsecro? Quem in finem h. descendit?
Quid, inquam, repentinus hic angeli sibi vult adventus?
Non hic est Cherubin ille, fulmineum flammantemque an-
[te] paradysum olim distringens gladium. Non extermina-
[tor] ille Spiritus oẽs in aegypto ferro suo demetens primo-
genitos. Non angelus ille furibundus per medium Senna-
cherib cadavera cumulans cadaveribus exercitum, ferroque
[gladi]o educens sanguineos. Non ex illis in Sodomam et Go-
morrham ultrices è coelo projiciens flammas. Neque ille
[ig]ne armatus ardenti, Davidi, totique minas dicens imperio.
[N]ec horrescere nolite, angelus est pacis, nolite timere, lega-
[tus] est salutis. Illum pax jam è coelo remissa praecedit, homi-
numque lacrumas effuso gaudio praescindit ac suspiria; è
coelo nata cum comitatur veritas, prophetarumque finem
imponit vaticiniis. Audite quaeso quid loquatur! Quid
loquitur? Ne timete, inquit, quia natus est vobis Chri-
stus Salvator vester, in urbe David. Bonam fidem! Quis
non Nostri Natalitiae nascitur exinde honor? Quae non
laus? Quod non praeconium? Nolite timere, inquit,
pastores, illa siquid. quae circumfulget vos, non ad te-
rrorem, sed ad laetitiam apparet claritas Domini: vitam
[ag]ebamus sub peccato, sub lege, morte, diaboli tyrannide, ira
Dei, ac proinde m. sub perpetuo timore caeteris cum ho-